



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 477. Simplicii Pap. Annus 10. Basilisc. Imp. 2. Odoacr.
Reg. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14573

annus à presenti certis notis distingui posse conceditur. a gemus igitur de ea fide loco.

LXVII. Hoc eodem tempore, cum Basiliscus regnaret, & cum eo impietas vexillum eiecit, fidesque Catholica esset vndique pestifera, Gelasius quidam Cyzici versatus, aduersus Eutychanos hereticos, qui impugnant Chalcedonense Concilium, professores se esse Magni Niceni Concilij vanè gloriarentur, edidit, quæ perit à Dalnatio Cyzici Episcopo conscripta Acta Niceni Concilij: de cuius lubricatione Photius hæc habet in Bibliotheca. Acta Prima Synodi, nempe Nicenæ, tribus tomis, auctore Gelasio. Quo quidem non verè Acta ipsa, sed de rebus gestis in Synodo historia: humilis namq; sermone, sed diligenti tractat ea, quæ in Synodo contigerunt. hæc Photius. Extrascriptum quidem opus Græcè scriptum in Vaticanâ Bibliotheca, Latinitate donatum ab Alphonso Pisano Societatis Iesv professore viro doctissimo, sed abique Gelasij auctoris titulo, quem ex Photio oportuit petijisse. Porro inter alia idem auctor, cum præfatur, hæc habet: Post aliquot annos cum per voluntatem Dei hoc peruenissem, in prouinciam dico Bithynorum, & commotio & inquisitio magna fieret post impij Basiliscij tyrannidem aduersus Catholicam & Apostolicam Ecclesiam Dei, & hanc Apostolicam in ea constitutam; succedente potissimum, atque Imperatoris aulam commouente fallione illorum, qui heretico Eutychei consentiebant, ut scilicet Patrum, Nicenam, inquam, expulso Chalcedonensi Concilio, teueremus: illi quidem à nobis constituti sunt, quippe qui eius fidei hostes erant: neque enim sciebant, quid dicerent, aut de quibus affirmarent. Proferent enim meque in illa sancta Orthodoxorum Dei corona in Spiritu sancto à Domino per eos fuerant explicata, resiliabant à nobis peiorem Arianâ blasphemiam lingua sua presentem, &c. hæc Gelasius aduersus Eutychanos strenuus pro fide Catholica propugnator, de quo rursus inferius dicendum erit.

LXVIII. Cum his flagraret incendij Oriens Iudeorum præcipui Rabbi Assè & Rabbi Hammai confacinarunt Thalmodi Babylonicum blasphemij scærens. tertia hæc fuit collectio: nam prima habita est à Iuda Simeonis filio, anno centesimo & quinquagesimo ab vltima clade Hierosolymorum; secunda verò à Rabbi Ioannam, anno trecentesimo ab eadem clade: sed de his pluribus Sixtus. Iam verò conuertamus oculos in Occidentem.

LXIX. Hoc anno Genesicus Rex Wandalorum in Africa vitâ functus est, cum regnasset (secundum sententiam Victoris) annos triginta septem, sicut Procopius triginta nouem Genesici regno tribuat: sed Victorem res sua temporis scribentem præstat audire. Porro eiusmodi numerum annorum regni Genesici ducece cum à tempore capte Carthaginis, non autem ex quo Wandalini Africanam ingressi sunt, satis potest intelligi, dum superior numerat quindecim annos eiusdem regni tempore, quo Romanam cepit vibem, quem necesse est numerum cepisse ab anno quadringentesimo quadragesimo, qui primus numeratur post captam Carthaginem: nam ipsam vibem Romam liquet à Genesico captam (vt dictum est) anno Domini quadringentesimo quinquagesimo quinto. Prædicatur hic Regum omnium felicissimus: Etenim nulli planè vquam id datum est, duarum totius Orbis potentissimarum vibrum expugnatorem fuisse, Carthaginis atq; Romæ, potitumq; manubijs de eis erecisse trophæa. Vt ex his quæti Deus faciat mundi regna, atq; præsentis vitæ gloriam, quibus locupletauit crudelissimum barbarum, eundemque perfidum Arianum, ipsi Deo semper infensum, sanguine martyrum crenatum, intelligi possit.

LXX. Mortuo igitur Genesico (inquit Victor) Hunericus maior filius patri succedit. Qui primordis regni (vt habet subtilitas barbarorum) cepit mitius & moderatius agere, & maxime circa religionem nostram: vt etiam vbi antea sub Genesico Rege prædicatum fuerat, ne spirituales fierent conuentus, conuenticula concurrerent populorum. Et vt se religionem ostenderet, statuit sollicitus requirendos hereticos Manicheos, ex quibus multos inuenit, plurimos autem distinxit nauibus transmarinis: quos penè omnes Manicheos sua religionis inuenit, & præcipue presbyteros & diaconos Ariana hereticos. Vnde magis erubescens, amplius in illos excersit. De quibus reperitur cū vnus nomine Clementianus mo-

nachum iborum, scriptum habens in seniore, Manicheum discipulum Christi Iesu. Propter quod magis laudabilior memoratum Rex videbatur, in vno distitens, quia cupiditati insatiabili reuententis inhiabat, & prouinciarum regibus varijs calumnijs atque indignissimis onerabat, vt de illo præcipue dicitur, Rex egens magnus est calumniator. hæc de primordijs Hunerici Victor, reliqua autem de eo suis locis dicenda erunt.

IESV CHRISTI

Annus 477.

SIMPLICI PAP. BASILISC. IMP. 2. ANNUS 10. ODOACR. REG. 2.

SEQUITUR Christi annus quadringentesimus septuagesimus septimus, quem nullus illustrauit Consulatus: nam non nisi post Consulatum inscribi consuevit Basilisci atque Armati.

Quo ipso Anno, eodem Basilisco Imp. in ordinem redacto, Zeno iterum imperauit. Tenuisse autem Imperium Basiliscum annum vnum & menses sex, dictum est superioribus: Procopius annum vnum & menses octo ipsum imperasse tradat: quietiam & Cyrillus in Sabæ tellur mensis viginti Basiliscum regnasse. Quoniam autem modo acciderit, vt petilens homo sublatus fuerit, audiamus à Procopio, qui ait: Cum Basiliscus octo menses super annum tyrannidem exercuisset, omnibusq; ob eum auaritiâ & aulicis & militibus infensus esset: à Zenone tandem exercitu petitus est. Vbi amborum copia in conspectu fuit, Armatus (sic eius nomen Duci erat, qui ab eo missus fuerat) Zenoni Dycebus secum toto tradit exercitu. Sic igitur Deo & hominibus iniustus Basiliscus, Armati Exconsulis & Magistri militum defectione, Imperio excidit. Sed quid post hæc? subdit Procopius:

Igitur Constantinopoli Basiliscus acceptæ cladis & proditiõis nuncio, primum in templum confugit: vbi captus ab Acacio Præsule Constantinopolitano ob eius impietatem, ac Zenoni traditus est: Nam ab Orthodoxa fide deficiens, in Eutychanam sectam inclinauerat, omnemq; vitam pessimè amoribus inquinauerat, ex quo odio cunctis erat. Zeno rursus Imperium repetens, Armati officium ante omnia probauit: verum paulò post cum in suspicionem reuocentem de medio sustulit. Basiliscum autem tyrannum simul cum vxore & filijs in Cappadociam mittens biemis tempore, iussit neque veste, neque cibarijs inuari. Ex quo breuiter vna se complexi corporibus, collacrymantes miserè perierunt: vnde tyrannidum penam breui tempore dedit. Sed hæc postea contigerunt. hucusq; Procopius, locus prælitatus exilio, Lycaonis à Marcelino nominatur, vbi Basiliscus cum suis fame contrabuit: ita quidem ipse hoc anno post Consulatum Armati. Tali clausis sine vltima impio Basiliscus, vt iam perierat, qui (inquit Suidas) pugniam exegit ab Ecclesijs, Episcopis, & Acaasium Constantinopoli Episcopatu propinodum pepulisset, nisi à multitudine eorum, qui monachi dicebantur, reprobis fuisset, homo in hunc auaritiâ, vt ne cerdonibus quidem & contemptis opificibus parceret, omniaq; plena essent lacrymarum inter illas exaltationes. hæc Suidas.

His enarratis de miserando interitu Basilisci tyranni, adiungamus, quæ eidem habet Suidas de nece Armati, qui hoc ipso anno (vt vidimus) ab eodem Basilisco in Consulatu collega assumptus est. Erat hic cognatus ipsius Basilisci, Zenonis verò Augusti (vt idem tradit) adulter, de cuius interitu ista habet: Armatus plurimum posuit apud Zenonidem Imperatricem & ipsam Basiliscinam. Est autem omissus à Zenone Imperatore, q; eade tunc ciuis admodum sunt gauisi: nam sub Leone quoscumque Thracæ, qui seditionem mouerant, cepisset, hos manibus amputatis dimiserat. Ceterum Onoulus quidam eum interfecit, quem Armatus pauperem, & recens à barbaris venientem humanitè susceptum, Comitum primum fecerat, deinde Præsulum Illyricorum, & ad conuicia multo argento instruxerat: sed in barbara perfidia & sanguinariâ manu gratiam illi retulit. hæc Suidas. Ita porro contigerunt, vbi Zeno, sublato è medio Basilisco, in Imperium regressus est.

BASILISCVS IMPERARE DESINIT. c. Procop. de hist. PPandal. lib. 7.

II. BASILISCVS IMPERARE DESINIT. c. Procop. de hist. PPandal. lib. 7.

III. ARMATI INTERITVS.

IV. a. Enag. l. 3. c. 8. S. THECLA DE BENEFICIO ZENONIS CEPT IMPER. VM.

Porro hæc omnia superum nutu facta esse, intercedente apud Deum pro Zenone sanctâ protomartyre Theclâ, probavit euentus: nam de ea ista habet Enagrius: Zeno per visionem (ut fertur) consecutus sanctam frenam, & eximiam martyrem Theclam, non ipsum solum impellentem, verum etiam pollicentem resuscitantem, versus Constantinopolim exierunt dedit. Atque viri, qui illum obsecrabant, muneribus induiti, Basiliscum, cum iam biennio regnauerat, Imperio exturbat, & ad sacri templi adyta confugientem hostibus ascendentium tradit. Quam ob causam Zeno egregie martyri Theclæ amphitimum templum splendore & pulchritudine extruimus Seleucia vrbis Iustariæ dedicauit, pluribusque planè regalibus munitum, quæ ad nostram usque ætatem seruata sunt, exornauit. hæc Enagrius. Ceterum de obitu Basilisci ac suorum hæc ab alijs diuersa Enagrius habet: Basiliscum autem misit in Cappadociam, mortem oppetiturus: Vbi in diuersorio, nomine Acoiso, vna cum vxore & liberis trucidatur. ita Enagrius, hunc tandem conuolucutus est finem homo perfidus, hæreticorum patronus, re verâ Romani Imperij pestis & exitium.

V. b. Acta Daniel. c. 47. S. R. 4. in De. c. 10. b. SVIII 8

Pet huiusmodi autem vexationem non nihil ad meliorem frugem reddidit Zeno videri voluit: Et enim simulacrum peruenit Constantinopolim, memor prædictionis sanctissimi Danielis, quæ prænuñciat fore, ut scilicet pellendus ita & ceteris paulo post restituentur in regnum: confestim quædam coniuga ad ipsum in columna agentem perrexit, & de accepto eius precibus tam insigni à Deo beneficio gratias egit. hæc quidem ipsius Danielis Acta continent.

VI. ZENO SCRIBIT AD ROM. PONT. c. Simpl. Epist. 7. Tam. 1. ep. Decret.

Ne quid insuper prætermittat Zeno Catholici Imperatoris imaginis, præclarum pietatis illud specimen edidit, & rectæ fidei indicem prodidit cum epistolam scripsit ad Simplicium Romanum Pontificem, quæ fidei suæ in omnibus testatam redderet integritatem. Non extat ipsa quidem, verum data mentionem habet idem ipse Papa Simplicius in Apostolicis litteris ad eum redditus hoc ipso anno mense Octobris, quæ sic habet:

VII. EPISTOLA SIMPLICII PAPA AD ZENONEM IMP. d. Ps. 76.

Inter opera diuina providentiæ, quæ pia semper & iusta sunt, nostris quoque temporibus eloqui potentis Domini, vix quælibet humana lingua sufficit. Quis enim valeat vel cogitatione completi, vel voce depromere, quod in Christo vringit, rei laborantis afflictio, & voti publicis religionis sancta reddidit vos quieti, nisi quod tanti consideratione miraculi clamandum est cum Propheeta d. Hæc in mirato dextera Excelsi, quæ exaltantes semetipsos potenter humiliat, & humiliantes selementer exaltat. In quibus etiam si diuinationis superne sagacis mensuræ à libertor, profecti de eadem apparet, ideo per filiorum irrepsisse perniciem, ut fides clementiæ tue etiam inter aduersa probaretur, quantoque magis rebus vrgeri crederetur in seculo, tanto clarior vestra magnanimitas inueniret, atque ob hoc mansuetudinibus vestris de Constantinopolitana vrbis pronensse discessum, ut vniuersarum desiderijs expertis, gloria maior rediret, ut ex contrariorum striculis, quod in vobis esset, cuius vtile nosceretur a Davidica Romam illi virtutis exemplo, quæ singulari patientiæ cædem paululum furoribus parricida, continuo post victoriam populorum precibus imploratam præstantiore suffragio est reuersus in regnum. Letare igitur, venerabilis Imperator, eos fuisse tuos hostes, qui existerunt Diuinitatis inimici: atque gaude cum Ecclesia laborasse, & cum fidei Catholica libertate Imperium restitutum: Atque ut si omnibus decessu causam tibi cum Deo esse committam, eius ope viriliter seruis in fide: ut per quem publicos incubatores subegit, Ecclesia quoque depellat tyrannos. Sicut enim pietas vestra meritis recteque consilij, illo nos temporibus nihil aliud Deum nostrum suppliciter implorasse, quam ut nobis Romani Imperij Præsides, quales nunc loquimur, redderentur: ita expectari cernitis, ut huiusmodi eos esse, ipsorum actuum qualitate monstratis.

VIII. Respicite, quæso, Augustæ memoria Marciani atque Leonis omnimodò consuetam Catholicæ deuotione constantiam: & salubri consideratione perpendite, cum in eodem loco stare nequierint, qui ab eorum rectitudine denotarunt, successorem regis potestatis legitimam ac diuinitus attributum eum fore sine dubio, qui illorum fidei perstiterit imitator. Debes, gloriosissime & clementissime fili Imperator, Augustæ memoria antorum virtutum, taliumque reuerentiæ, debet vices in honorem Dei. Ille te ad istorum reduxit

Imperium: tu Deo ista similitudine velle famulatum. Et quia licet, B. Apostolo docente nos Petro, mediè nuper humilitate prædicante restituta sum; & casurus, Deo factore proficiam in regni soliditate mansurum.

Ego quidem litteris, quæ vestra clementia destinant, pignus immensum venerandè: eligi gratè accipiens, & iugenti gratulatione respiro, & omnino non ambigo inuentem vestram in rebus diuini gesturæ longo portora quam cupio. Sed mei memores rebus, in hanc partem clementiam tuam idcirco prolixiori hortor alloquio, quia Imperij sui pater & salutaris affectus illum te causis inuicere semper exopto, quibus solis & præsentis regni stabilitas custoditur, & æterna gloria comparatur. Vnde ante omnia precor, ut alexandrinam Ecclesiam non minus à fœditate, quam ab hæretico peruersæ clementia vestra dispositionibus liberatam, Catholicæ ac legitimo restitui consilio auertisti, eamque, quæ tunc in rebus diuinitus cæ diuersis Ecclesijs ordinasse perhibetur, eisdem, rebus fidei seruari constitutis Episcopis: ut sicut Republicam vestram à tyrannica dominatione purgasti, ita vniuersam Ecclesiam Deo ab hæreticorum latrocinijs atque contagijs excuatur: nec id potius præualeat patiamini quod iniquitas temporum tulit, & nunc quod non solidum vestro Imperio, sed & in Deum quoque recellit spiritus concitavit, quam quod per tantis Pontificis, & cum egregijs Orthodoxisque Pontificibus vniuersali Ecclesie decretis assensu.

Chalcedonæ Synodi constituta, vel ea, quæ beatæ memorie prædecessor meo Leo Apostolica eruditione perdoctus, intemerata rigore iubente: quia nec vllò modo retrahari potest, quod illorum diuinitus spiritum est, nec vllatenus recipi totius vniuersi ore damnatum. Ipsa est quippe (sicut experti estis) Catholica fides, quæ potentes de sede leuata deposuit, & exaltandos humiles custodita seruauit. Quare sat agendum est pietati tue, ut qui hinc tibi in dolo domi, sit ipsæ propagator. Data Imperium Idibus Octobris post Consulatum Basilisci & Armatii.

Porro ex clementia Romani Pontificis à Zenone cuncta esse impleta constat. Atque in primis inuitos à Basilisco hæreticos Episcopos ab ipso fuisse electos, auctor est Enagrius, dum hæc ait: In Imperium restitutum Zeno, vixit est prædictor esse factus: perinde ac bene conuolucit illud subrogatum à Deo fuisse ob susceptum patrocinijs hæreticorum, non legitime sanctum, quæ decreta Basilisci tyranni in litteris generatis ad omnes per scriptis comprehensa, abrogata fuisse: & Petrus Ecclesiæ Antiochenæ, & Paulus Ephesina expellitur: Episcopi Asia quos scilicet Acacium, deprecari culpam, veniamque, petere caperunt, mirum quoque ad eum penitentiam libellos, quibus offerbant, se non sua sponte, sed vi ac necessitate coactos, litteris Basilisci generatis ad omnes datis subscripsisse, quæ ad id iurando confirmant remittare verè à se habere, sed non aliter, quam Concilium Chalcedonense vel ceteris, vel credere. Libelli autem hanc habent sententiam.

Epistola, sine libello supplicat ad Episcopos Asia ad Acacium Episcopum Constantinopolitanum missus.

Acacio sanctissimo religiosissimoque, Ecclesia Constantinopolitana, quæ Nova Roma dicitur, Patriarchæ S. & postea venit ad vos, vti par est, qui nostrum locum supplet, & paulò infra: Per istos libellos agnosimus, nos non vestra voluntate, sed necessitate adductos, litteris subscripsisse Basilisci, ostendemus non animo, sed verbi dumtaxat concessisse. Nam Dei optimi maximi aspirante lumine, cui nostra preces grate acceptæque sunt, credimus non aliter quam à trecentis decem & octo Orbis terra luminibus & centum quinquaginta sanctis Patribus accepimus. Credimus præterea illis, quæ à sanctis Patribus Chalcedone coactis sanctis sincerèque decretæ sunt, hæc ipsi. Sed turpis planè est excusatio ista tum quibuscunque Christianis, tum maxime Episcopis totius Asiæ, in quibus omnibus emarcuisset penitus vigor pristinus, & quæ infidebat olim in eiusdem prouincie Episcopis sacerdotalis constantia penitus eueruata esset.

Quod autem lapsi Episcopi libellum supplicem pro restitutione darent Acacio, & non ex more ad Simplicium Papam miserint, illud in causa fuit, quod ob rem bene gestam aduersus Basiliscum tyrannum, idem Simplicius Papa eidem legauerat vices suas: quod sanè idem Romanus Pontifex profitemur in litteris postea datis, quas suo loco reddemus. Testatur id & Gelasius ad Dardane

IX.

X.

XI.

XII.

XIII.

Episcopus scribens verbis istis, de ipso Acacio agens: Cur (inquit) tanta tempore, cum ista gererentur, vel gerenda cogno-

XIV. Inter tot autem tantaq; laeta nouis casus animos om- quum vehementer exagitant, terramotus videlicet, de quo illa Cecrenus: Anno quarto Zenonis Imp. terrubilo fuit tremotus Constantinopoli die vigesima quinta Septembris.

XV. Quod vero ipso primo in Imperium regressa Zenonem hortatu Romani Pontificis eiecit illud, quos intulerat Basilicis, deprecisse que omnes, quicquid fuaore vim acceperant Eutychianos Episcopos, & eos etiam Ephelo atque Antiochia remouendos esse precepisse: Quid, & quies, de execrando illo omnium malorum auctore Timotheo Alexandrina sedis inuolante, quem officij & beneficijs auctum sub Zenone Constantinopoli autem ex- ceptum vidimus: Putans ille Zenonem verum in Catholicum esse mutatū, spe destitutus, merito aborsus, iudae proditoris instar cunctis carnifex est exitum coplectoris. Quod enim inique admodum qui praecellere eidem ingnuissent Imperatores, ipsemet in lemetipsum iusto Dei iudicio vindex fecerit inuolans, & sui ipsius iustus vltor exitus, ipse sibi mortem conscuit. Quomodo autem id acciderit, Liberatus Diaconus ita narrat: 20

XVI. Postquam Imperator Zeno uenerus est ad Imperium, Timotheus Aithras metuens zelum, quem habebat circa Chalcedonen- sem Synodum, optauit sibi mortem; & aspidem suam ante eratis, ad humana vita, hanculo ueneno, soluto est. D. cont. sequatur cum, praedidit eum diem obitui sui. Et re uera ad se separabat ueneno in- tertere; scilicet, haec Liberatus Diaconus suorum temporum testis. Ex quo redarguit Euaugrium x, qui Zacharia Eutychiani historici affecit uesigia, de Timotheo eodem ait, ipsum a Zenone sede e petuillum vlt; ad obitu- nam restitutum fuisse in pristinum locum Timotheum alterum legitimum Episcopum Alexandrinum, agente pro eo Romano Pontifice, suo loco dicemus, cum de tur- bis Alexandrinis post Timothei obitum iterum teperis agendum erit.

XVII. Ex hoc nefario Timotheo didi sunt Timotheanis he- retici, aduersus quos aliaq; huius temporis haereses eru- ditae scriptis Samuel Syrus, de quo habet illa Gennadius 4. Samuel Edelena Ecclesia praedictor multa aduersus Ecclesia inimicos contra Nestorianos, Eutychianos, & Timotheanos nuncios, sed sibi diuersos hereticos. Vnde & frequenter tristorem bestiam Eccle- siastica summi sententia cum auctoritate sanctarum Scripturarum summatim conficit: ostendens Nestorianos. Denam in homine non purum hominem ex Virgine natum; Eutychianum, deum hu- mani generis carnes à Deo sumptam & non de solo exhibitam, nec crahi acris substantiam in carne inesse; formatam; Timotheanis, ita Verbum carnis factum, vt manente Verbo in sua substantia & homine in sua natura, societate, non commixtione vnus filij Dei reddidisse personam. Vitare adhuc apud Con- stantinopolim dicitur: nam initio cellati Antheimo Imperij & scripta eum, & esse eum in carne cognoui. haec Genna- dius.

XVIII. Quis autem pro huiusmodi nefandis Timotheanis scrip- sisset, idem ostendit paulo superius h. c. dicens: Syn. na- tione Alexandrinus, arte medicus, ex philosopho monachus, vir dic- toris peritus, scriptit aduersus Nestorianos prius dicitur & for- titer: modo autem dum in illum inuaditur nimis, & syllogismu

magis, quam Scripturam agit Timotheanum dogma fovere cupit. Deniq; ambigens etiam sui, suspendit animum à consensu Chalcedo- nensis decreti, nec adque sciendum putat filium Dei natum passio- natiuam conflare naturam, haccipit: qui & de eodem Timotheo agens, sic ait:

XIX. Scripsit ad Leonem Imperatorem libellum valde suasorium, quem prano sensu Patrum testimonij in tantum roborare cona- tu est, vt ad deieciendum Imperatorem, & suam haeresim consti- tuendam, penè Leonem vrbis Roma Pontificem & Chalcedonen- sem Synodum ac totos Occidentales Episcopos aliorum admini- colo Nestorianos ostenderet. Sed fauente Deo, à Chalcedonen- sis Concilio hostis Euehiae arguitur & consutatur. Vitare adhuc in exilio em habere scriba videtur & habetur. Hanc ipsam libellum ne- scendi gratia ego rogatus à fratribus in Laticinium transiisti, & ca- nendum praetitulauit haccipit: quibus apparet, ante haec tem- pora, dum Timotheus in exilio ageret, ipsum libellum Timothei ab eodem Gennadio esse translatum. Sed etià huc Timotheum dicta haeresis conferre auctorem fuisse; ex his tamen, quae superius saepe dicta sunt, satis apparet eundem Alexandrinum Timotheum eandem, quam Dioscorus atque Euty- ches haeresim sectatum esse. Quoniam autem ali- lij scriptores, praeter Samuelem hoc tempore aduersus Euty- chianam haeresim scripserint, alibi dictum est.

XX. Sed qui in locum eiectorum Episcoporum fuerint sub- stituti, Euagrius narrat: in tempore Antiochia Stephani, de quo plura inferius dicturi sumus, in locum vero defuncti Timothei fuisse subrogatum Petrum, sic enim id auctor ai: Mortuo Timotheo, Alexandrini Petram cognomeno. Monum suū ipsius auctoritate sibi Episcopum deligunt: quod Zenonem, ubi ad aures eius peruenit, vehementer conturbauit. Itaq; Petram mult- uauit morte: Timotheum autem, qui Proterio successerat, quique tum propter quamdam populū seditionem in exilio in Ca- nopo, accessit. Sic Timotheus Imperatoris iustis suam Episco- pam sedem dnuā obtinet, prout ex literis Papae Sim- plicij admonitus fuit. Ceterum quod Petrus mortie multatus sit, redarguit Euagrius à Liberato Dia- cono & ab alijs historicis. Sed de his agemus anno seq- uenti.

XXI. Hoc eodem anno, qui numeratur quintus ab obitu sancti Euthymij magni nominis anachoretæ (vt auctor est in eius Vita & Cyrillus) Anastasius Episcopus Hieroso- lymitanus ex hac vita migrat: anno vndeciesimo sua sedis, & ex tempore obitu lumenalis praedecessoris colli- guntur: in eius vero locum ordinatur Martyrius monachus genere Cappadox: quod quidem futurum S. Euthymij genere longe ante praedixerat, vt Cyrillus his verbis narrat post recentitā eadem Proterij Episcopi Alexandrini per impium Timotheum illaram. Cum ergo in Aegypto omnia es- sent plene turbata & tumultu; duo anachoretæ, quibus nomen erat Martyrius & Elias, vnus quidem Cappadox, alter vero Arabi, profecti ex monte Nitria ad magnam illum veniunt Euthymium, & vnusquisq; eorum in cella separata apud ipsum longo tempore sunt versati: quod quidem hic vir diuine amplexabatur legi am- citia, & assidue morabatur ad collocutionem. Sed ad Cutilam & Ruban secessus & descensus eos quosq; similes faciebat participi- cum quibus & vna cum Gennadio & alijs deuotissimi anachoretis sancta illius manū ynagnas, Dominus à inimerata sumebat sa- cramenta. Prauidit autem magnus Euthymius perspicaci oculo a- nima ea, quae erant ententura Martyrii & Eliae, nempe fore, vt Iaco- bi, qui clarus erat in thoro discipulorum, vnusquisq; eorum sedis fit successor futurus. haec de rebus Martyrij ante Episcopatum & vilione Euthymij Cyrillus.

XXII. Similac autem Vir sanctissimus thronum Hierosoly- mitane conscendit Ecclesiae, & è sublimi loco oculis men- tis lastrans populam sibi subiectam, vidensq; adhuc vi- gere nefandissima Theodosij sube inter monachos potissimum disseminata: ex imo peccatore trahens suspiria, in memoriam reuocauit functiones diuini pastoris ab Eze- chiele ita descriptas: Sicut visitat pastor gregem suum in die, quando fuerit in medio omnium suorum dispersarum: sic visitabo oues meas, & libero eas de omnibus locis, in quibus dispersae fue- rant in die nubis & caliginis. & educam eas de pagulis & congre- gabo eas de terris & inducam eas in terram suam, & pacam eas

Gennad. 672.

XIX. TIMO- THEI SCRIPTA HERR- CA.

XIX. TIMO- THEI SCRIPTA HERR- CA.

XX. TIMO- THEI SCRIPTA HERR- CA.

PETRY- MONGY- EPISC. ALEXAND-.

XXI. MORTUO TIMO- THEO, ALEXANDRINI PETRAM COGNOMENO.

XXII. SIMILAC AUTEM VIR SANCTISSIMUS THRONUM HIEROSOLY- MITANE CONSCENDIT ECCLESIAE.

XXIII. SIMILAC AUTEM VIR SANCTISSIMUS THRONUM HIEROSOLY- MITANE CONSCENDIT ECCLESIAE.

XXIII. SIMILAC AUTEM VIR SANCTISSIMUS THRONUM HIEROSOLY- MITANE CONSCENDIT ECCLESIAE.

XXIII. SIMILAC AUTEM VIR SANCTISSIMUS THRONUM HIEROSOLY- MITANE CONSCENDIT ECCLESIAE.

XXIII. SIMILAC AUTEM VIR SANCTISSIMUS THRONUM HIEROSOLY- MITANE CONSCENDIT ECCLESIAE.

XXIII. SIMILAC AUTEM VIR SANCTISSIMUS THRONUM HIEROSOLY- MITANE CONSCENDIT ECCLESIAE.

XXIII. SIMILAC AUTEM VIR SANCTISSIMUS THRONUM HIEROSOLY- MITANE CONSCENDIT ECCLESIAE.

XXIII. SIMILAC AUTEM VIR SANCTISSIMUS THRONUM HIEROSOLY- MITANE CONSCENDIT ECCLESIAE.

XXIII. SIMILAC AUTEM VIR SANCTISSIMUS THRONUM HIEROSOLY- MITANE CONSCENDIT ECCLESIAE.

XXIII. SIMILAC AUTEM VIR SANCTISSIMUS THRONUM HIEROSOLY- MITANE CONSCENDIT ECCLESIAE.

ciues, alij ex illis in Orientem, alij in diuersa Orbis loca, ubi haberent tuta patria, migrantibus. Cum interea Ambrosius Aurelianus in Britannia purpuram sumpsit, conatus liberare Britannos ab Anglosaxonibus eos assidue infestantibus. Vocati illi fuerunt a Britannis sub Marciano Imperatore, cum a Scotis & Pictis infestarentur: sed (vt superius dictum est) ex auxiliarijs in hostes conuersis, eosdem Britannos diuissime affligebant, ad hoc vsque tempus, quo ab Ambrosio liberantur. Hæc purpuram quidem assumpsisse, non autem nomen Imperatoris, reperitur: ipseque primus id tentauit (vt Gilda testatur) non autem & parentes, vt legitur apud Bedam, qui sub Zenonis Imperio hæc contigisse tradit, sicut & Ado in Chronico, licet quoto anno ipsius Zenonis id acciderit, nemo prodæ: nos hoc anno posuimus, se totum nitium à liberatione Ambrosij ab exilio sub Odoacre, si hunc eundem cum illo Ambrosio esse velimus; quod vt opinemur, multa persuadent.

XXXI. Hic, inquam, sumens purpuram, vt aliquid saltem vestigium Occidentalis superesse videretur Imperij, à Britannis diu multumque à barbaris externis afflictis, vt à Deo missus, acceptus est. Quomodo autem per cum actum sit, vt pluribus fatigatos præijs hostes tam dem penitus vicerit, Gildam Sapientem auiamus rem in hæc verba describentem:

Tempore igitur interueniente aliquanto, cum recessissent de manu crudelissimi pradones, rebarata à Deo reliquia, quibus se coniungunt vniuersi, de diuersis locis miseris ciues, tam autem, quam apes aluicaris procella imminente; simul deprecantes cum toto corde, & vt dicitur innumeris orationibus alicuius voti, ne ad interuentionem vsque delerentur: Dnce Ambrosio Aureliano viro modesto (qui solus sortè Romane gentis tantæ tempestatis collisioni, occisus in eadem parentibus, purpuræ à nimirum indutur super fuerat, cuius nunc temporibus nostris soboles magnopere auita bonitate degenerauerit) vires capebant, victores prostrantes ad prælium: quibus victoria, Domino annuente, ex voto cessit. Et ex eo tempore nunc ciues, nunc hostes vincebant: vt in ista gente experiretur Dominus solus mare præsentem Israhel, vtrum diligit eum, an non, vsque ad annum obsequium Badonici montis, nouissimeque, ferme de furescitur non minima strago, qui & nec natiuitate est. Sed ne nunc quidem vt antea ciuitates patria inhabitantur, sed diserte diruta, hæc tunc spualiter, cessantibus licet externis bellis, sed non civilibus. Hosti etenim tam desperati in seculo expectant, ratig, mentis auxilij memoria corum, qui vtriusque miraculis testis extiterit: & hoc Reges publici, privati, sacerdotes, Ecclesiastici suum qui quædam seruauerunt. hæc Gilda, Ambrosio acceptam ferens libertatem Britannia ab ingentibus barbaris libertate, & restitutam Ecclesiasticam disciplinam. Porro quod pertinet ad cladem Badonicam: cum Beda testetur circa annos quadraginta quatuor accidisse à tempore, quo Anglosaxones Britanniam inuaserunt; habitæ ratione eorumdem aggressio, quam tempore Marciani Augusti contigisse idem ipse affirmat, non amplius, quam post annos circiter vixit accidisse dicendum est, & triginta annis expletis ab eo tempore, quo Scoti & Pictæam inuaserunt sub tertio Aërij Consulatu, anno Domini quadringentesimo quadragelimo sexto.

IESV CHRISTI
Annus 478.

SIMPLICI PAP. ZENONIS IMP. 5.
Annus II. ODOCR. REG. 3.

I. SEQUITUR annus Christi quadringentesimus septuagesimus octauus, quo illius vir clarissimus sine collega Constantinopoli creatus est Consul. Caruit suo Consule Occidens, quod dum legationes in eundem pacis causâ, vltro citroque à Zenone atque Odoacre militarentur, nihil Odoacer inter hæc præsumere, nec Zeno de iuribus Occidentalis Imperij sibi voluit arrogare, vt alterum quoque Con-

sulem Romæ creari solum nominaret; neque Odoacer id sibi arrogandum putauit, qui nec Imperatoris nomen accepit. Huius ergo anni principio reddita sunt Simplicio Romano Pontifici litteræ Acacij Constantinopolitani Episcopi, de rebus Alexandrinæ Ecclesiæ anno superiore transactis, quas scire idem Simplicius datis ad eundem Acacium litteris exigebat. Quæ autem ista fuerint, ipsa docet epistola; quæ honorifico præconio ipsam Romanum Episcopum ornans, ipso sui exordio ista habet:

Domino beatissimo sancto Patri Archiepiscopo Simplicio Acacium. Sollicitudinem omnium Ecclesiarum secundum Apostolum circumferentes, nos indefinenter hortamini, quamuis sponte vigilantes ac præcauentes. Sed vos diuinum zelum solido demonstratis statum Alexandrinæ Ecclesiæ certius requiretis, vt propateris canonibus suscipiatur laborem, possim stantes sudore pro his, sicut semper est approbatum. Sed Christus Dominus noster, qui diligenter se in bono cooperatur, nostris cogitationibus insidens, & vnam nobis in his mentem atque eandem pro gloria sua esse cognoscens, omnem victoriam ipse persequitur, confortes nos cum tranquillissimo Principe faciens; & Timotheum quidem decessorem spirantem procellas, & Ecclesiasticam tranquillitatem (sicut apparuit) conturbante, hæc subdixit humana, dicens: Tace, obmutescite.

Petrus quoque, qui ab Alexandria more similiter procella sarcerat dissipauit, atque in eternam fugam Spiritu sancto flante, conuertit vnum de his, qui eum fuerant damnati: sicut enim in hostis Archibus inuentum est, & de vestris scriptis (si dignamur exquirere) poteritis agnoscere, qua in tempore de eodem subscrita, ab Alexandrino Archiepiscopo Romano ad alterutrum sunt relata. Quæ Petrus noster existens filius, & operum dierum luculentum alienum apparet, omnino tenebras ad latrocinium peragendum congruas earum cooperatur inueniens, media nocte adhuc iacente caduere illius, qui paternos canones subuertebat, in spulso, surrepsit in sedem, sicut ipse arbitratu est, vno & solo præsentem, & eo, qui concors illius insisteret insania, rita vt propter hoc in aurius supplicij subderetur; nec quod sperabat, effectus est. Sed ille quidem de se ex parte vel minima iudicans, nunquam penitus omnino comparuit.

Timotheus autem paternorum canonum custos, qui Davidica mansuetudini exemplo subditur, & vsque ad finem patiens, atque, potestatis propria restitutus à Christo, propria sedis honore letatur, & spiritualium florum voces accipiens, gratiam curationis expectat, multiplicat in se honore à Christo Principe sacerdotum: propter quem & tolerantiam coronam sibi met reliquit. Attemnis igitur orit vestra beatitudo pro Christianissimo Imperatore, & pro nobis ipsis. Nihil enim prætermittitur eorum, qua ad custodiam Ecclesiasticæ restituti disciplinæ. Vniuersam fraternitatem, que vobiscum est in Christo, ego & qui mecum sunt, salutamus. Ecce alia manu: In Domino conferemus, sanctissime & beatissime Patres, hæc illius Acacii ad Simplicium Romanum Pontificem.

Qui igitur consolatur humiles Deus totius consolationis, consolatus est sanctissimum Simplicium Papam in aduentu harum litterarum. Angebat enim ipse morore ex lugubri statu totius Catholice Ecclesiæ; nec quia præmebatur propter inuisibiles, dan hæc continebat externa. Quantalibet enim ob barbarum eundemque Ariam Italia Regem Odoacre hæc lugeret; hæc tamen Orientalis Ecclesiæ perisulem curam gerere prætermisit; frequenteribus namque agebat & vigebar litteris, vt de eius Ecclesiæ statu certior redderetur: cum acceptis tandem e iustitiam ab Acacio litteris, mirifice adgauius est sperans fore, vt exul pietas Orientalis Ecclesiæ postliminio secundum dies antiquos exoptato restituenda esset. Ita planè ex eiusmodi exordijs parcat reliqua, quæ ventura essent, existimare: quis enim non maximam spem concipere poruisset, videns Imperatorem suam in Impetium restitutionem hinc pietatis operibus consecrare, & Acacium Constantinopolitanum Episcopum eidem adnitemem, quæcumque se ad potiora præstanda præbentem?

Sed quam incostans & labilis sit fiducia illa, quæ in homine collocatur, quæ post hæc contigerant, reddidit penitus manifestum, ambobus (proh dolor!) tam Acacio, quam

Epistolæ
Ep. 10. 1. 1.
Ep. de
II. 2.
Cor.
II.
EPISTOLA
ACACII
AD SIMPLICIUM
PAPAM.
DE MORTE
TIMOTHEI.
III.
DE IVBA
PETRI.
IV.
V.
VI.
ACACII
MPTA
TIO.